

CAPVT II.

TITVLI IMPERATORVM DOMVSQVE IMPERATORIAE.

70 [C. Iul]io Caesari im[per]o., | dictat. iteru[m¹], | pont]ufici max[imo, |
aug., c]os., patrono mu[nicipi], | d. c.²

*Boviani in Samnio (I 620. IX 2563; Ritschl tab. LXXXVc). — 1) Dictator
iterum Caesar factus est autumno anni 706, dictatoram tertium init kal. Ian.
a. 709 (cf. Mommsen C. I p. 451), unde aetas tituli definitur. — 2) Decurionum
consulto.*

71 C. Iulio Caesari | pont. max., | patri patriae.

*Brundisii: tradit unus auctor saec. XVI (IX 34). Videtur esse genuina, quam-
quam mirum est abesse imperatoris dictatorisque titulum; itemque offendit quod
pater patriae dicitur Caesar, non parens patriae, ut N. 72 et in nummis ap.
Eckhelium 6 p. 9.*

72 Genio deivi Iuli | parentis patriae |, quem senatus | populusque |
Romanus in | deorum numerum | rettulit.

Aeserniae (IX 2628).

73 divo Iúlio iussu | populi Romani | statutum est lege | Rufrena.¹

*Romae in museo Vaticano, quo potest venisse ex municipio aliquo, parva
basis marmorea (I 626. VI 872; Ritschl tab. LXXXIVd).*

73^a deivo Iulio i[u]ssu | p. R. [st]atut[um est] | lege [Rufrena].¹

In vico quodam Piceni (Campovalano) repperit et descr. Dressel (IX 5156). —

1) *Lege Rufrena videtur cautum esse, ut divo Iulio statuae collocarentur per
omnia Italiae municipia (Mo.). Qui legem tulit Rufrenus memoratur Cic. ad fam.
10, 21, 4.*

74 divo Iulio | civit. | Zmyrnaeorum.

Amalfiae vel Neapolí, origine sine dubio Smyrnæa (X 312).

74^a divó Iúlio | Augustálés.

*Herculanei rep. (X 4411). Titulus positus post mortem Augusti; una stetit
hic titulus (X 4412): divó Augusto | Augustálés.*

*Uxor Caesaris Calpurnia in carmine sepulcrali libertae (VI 44211) appellatur
magnifici coniunx Caesaris illa dei.*

75 C. Iulius Caesar pontif.

*Brixiae (V 4505, vidit Mommsen). Videtur esse Caesaris filii, posita a. 740
(post pontif. numquam fuit max.).*